

Οἷος ὁ πῦρ τοῦ ἔσχατος ἀνθρώπων ἀνέστη
 (Ὡς δὲ ἀνέστη ἔσχατος ἀνθρώπων, ὅτι μὴ οὐκ)
 Ἡμετέρας χάριτας ἀνέκαλεσθε μὴ ματα δώσθαι,
 Ἀλλὰ πῶς ἐστὶν ὅς τις ματα δώσθαι.

ASTRA TENENT VALIDI.

FRANCISCI SIGAVDI PALATII
 NOBILIS DELPHINATIS IN
 Franciscum Belleforestanum & ge-
 nere & doctrina nobilissimum.


*Quisnam ille hominum, quisnam fuit ille Deorum,
 Qui tibi tam belle de bella nomina Sylva
 Imposuit? Diuum hic, Diuum fuit unus hic: ὁ Διὶ
 Agnosco vestrum tam vero in nomine numen.
 Scilicet ut longo anfractu spatiosa capaxque
 Sylva est: sic magni ingenij tibi flumina currunt.
 Nil Sylva, nisi tu, iucundius. Illa ministrat
 Materiem in cunctos usus, dat aratra colonis,
 Diis statuas, tectisq; trabes, pelagóque carinas:
 Tu Latias fundis, tu Graias diuite vena
 Eloquij facundus opes: seu lege reuincis
 Carmina, seu liber campo decurris aperto,
 Vi Laërtiades, linguæ dulcedine Nestor.
 Hic liber est manifesta fides. Tu denique syluam
 Qui fundis, sylva es sylva, nisi dissonet unum:
 Nempe rudis sylva est, omni tu cultior horto.*